



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Arnvlphvs Ep. 16. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

abiturientis ambiunt. Cerneret pro
 Virgine certantem cum cælo terram.
 Hinc filii lacrymis retinent, & amplexu
 morantur; illuc suavissimi Cælitum
 moduli animam beatam proficiunt,
 trahuntque ab! sponte properantem.
 Suscipit proinde Matrem Filius, si-
 numque pro sinu rependens illuc eve-
 hit, unde unum illa Deum suspicit, alia
 omnia despicit. Solabatur terra luctus
 suos opimo spolio, corpusculo Virgi-
 neo, sed etiam hoc brevi spolianda.
 Et enim cum, ita Numine volente, se-
 rius è XII. proceribus Thomas adve-
 nisset, & amissam Matrem etiã in tu-
 mulo moestus quæreret, præter linthea,
 tam magni thesauri nuper involucra,
 nihil reperit; quod cælum etiam
 Corpus subduxisset. Ah liceat ample-
 xis pedes, & in hederæ morem alliga-
 tis dicere. Nunc, si terram nau-
 seas, Virgo, Scande Cælum. *Ex Brev.
 Rom. &c.*

S. ARNYLPHVS EP. 16. *Augusti.*

SÆpè matres & viva filiorum fune-
 ra malè rident & malè lugent mor-
 tua; id quod ARNYLPHI etiam
 mater primò factitabat, dum quem
 primum enixa est filium, spem unicam
 familiæ, sed morte intempestivâ sub-
 latum non posse deslere satis sibi vide-
 batur. Sed monuit bonus Genius æquo

Ff 2 ani-

animo ferret, quod non posset non ferre; qui maxime oculis arriderent flores, hos primos carpi. Non invideret filio Cæli contubernium, in omnia vitia, si porro ivisset, atq; adeo latronum societatem abripiendo. Potius nascituri alterius filii spe animum erigeret, qui vitæ sanctioris famâ orbem esset impleturus. Atque hic ARNVLPHVS noster fuit, aulam primò & militiam, tum monasticen secutus, eo semper vitæ tenore, ut dubium panè fecerit, sanctiõrne miles an monachus fuerit. Ex hoc Abbas, ex Abbate Pontifex Suesione ita se gessit, ut extremum agrotiter concussum cubiculum ter spectaculum objecerit jucundissimum morituro. Nam primò videre Apostolorum Principem habuit, qui noxarū veniam largissimam nunciabat: mox caelestium agminum Principilū, qui comitum in calum promittebat; demum ipsam cæli Reginam, qua festo sibi, quo cælo recepta fuit, die, recipiendum cælo etiam ipsum indicavit. Tanti, ô Superi! tanti agrotare etiam mihi foret! *Ex Sur.*

S. ROCHVS CONF. 16. Augusti.

NASCITUR ROCHVS loco perillustri in Galliâ, portentosâ Cruce à Matre rubens: ætatis anno duodecimo amissis parentibus etiam opes in pauperes